DEMOSTHENIS ORATIO DE CLASSIBVS, SIVE ΠΕΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ, Latina facta per Ioannem Lonicerum.

PHILOSOPHIAE ENCOMIVM
per eundem.

Adiecimus & eandem DEMOSTHENIS orationem Græcè, in ſtudioſorum gratiam, ne quis eam forte collaturus deſideraret.

NAZIONALE
FIRENZE

BASILEAE
1537.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO LITERIS ET

MORIBVS CONSPICVO, DOMINO MA-
*giſtro Petro Nigidio, pædagogij Marpur-
genſis gubernatori, compatri ſuo cha-
riß. Ioannes Lonicerus,*

S. P. D.

DEmoſthenis orationē περὶ συμμοριῶν præ legens, latinam feci, humaniſsime Cōpater: rem arduam ſanè aggreſſus, ob rerū, quæ in ea oratione tractantur, difficultatem. uix enim aliā inter Demoſthenicas inuenias difficiliorem, aut intricatiorem: rerum (ut dixi) quas tractat, bellicarū uidelicet & nauticarū cauſa. Sed quid' nā hic egerim, alij dijudicēt. Demoſthenes certe cuiuslibet ingenio ac dictioni nō facile cedit. quare pro mearum forſan uirium tenuitate non debuiſſem tantum audere. Mihi uero licere puto, quod alijs permittitur, qui non parum temporis in Græcis literis uixere. Quicquid aūt iſthuc eſt, tibi dedico, ut intelligas aliquā animi mei gratitudinē erga te, collegasq; tuos, et omneis bonos uiros, per quos liberi mei inſtituuntur. Munuſculum fateor exiguum eſt: ſed huiuſmodi, cuius te pœnitere non debeat: ut quod ab literarum amatore, tibi bonarum literarū profeſſori beneuolo, proficiſcatur. Adiunxi Encomion Philoſophiæ, in ſtudioſorū iuuenum gratiam. tu quæſo & hoc, et illam, placido uultu ſuſcipias: atq; mei erga te, collegasq; tuos, amoris mnemoſynon eſſe ſinas, oro. Vale. Marpurgi, M. D. XXXVII.

a 2

IN DEMOSTHENIS ΠΕΡΙ συμμοριῶν orationem Argumentum.

Athenienſes ciues,ne, priuſquã magnus Perſarum rex noui quicquam moliatur, ad arma prouocent hortatur. Erant eñ perſuaſi,regem ita inuaſurum Græciam,ut n unquam antea. quare circa Lydiam occurrere decreuerant,ut Libanius etiam annotauit. Oratio eſt generis deliberatiui. Status coniecturalis. Porrò conſultationem hanc ſuam, apparatũq; bellicum in tria diuidit: nimirum in triremium præfectos,& facultates ipſorum atq; triremes: deinde in facultates ciuium Athenas incolentiũ, à quibus ſumptum fieri oporteat, poſtremo in locum ſeu naualia. Hoc enim apparatu futurum putat,ut ipſi ſint parati occurrere Regi, tũ Regem conſternatum iri,ne facile Athenæos adoriatur. Bona pars autem orationis huius indiuiſione & multiplicatione uerſat. Quare arithmetices hic neceſſitas elucet, citra quã hæc ſanè oratio intelligi haud quaquam poteſt.

DEMOSTHENIS ΠΕ-ΡΙ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ

Oratio.

QVI maiores noſtros laudibus uehunt, ciues Athenæi, orationem mihi elige re uidentur gratam quidẽ, nec tamen illis cõmodantem, quos commendant. De rebus enim ordientes dicere, quas nemo ſanè pro dignitate accedere poſſit, aut exprimere ueꝛbis, ipſi certe eo quod exiſtimantur bene & appoſite dicere, gloriam referunt. Virtutem, autẽ resq́ꝫ præclare, nec minus fortiter geſtas, minorem uideri apud auditores, quàm putabatur, efficiunt. Ego uero [b] illorum laudem ex temporis procurſu maximã reddi arbitror, cuius tametſi multum elapſum ſit, nemo tamen interim mortalium, maiora admittere ac ſuſcipere potuit, quàm illi (maiores dico) re

a. Exordiũ inſinuatione conſtat. Nã concitatum populũ non audens aperte ab inſtituto retrahere, arte utitur, rerũ geſtarum ab maiorib. mẽtionem faciens, ut eos ad uirtutem inhortetur, ut rectius ante factum deliberẽt. Eſtq́ue obſeruãdum, quòd Demoſthenes orationi huic ab ana-& pæſto trimetro deficiẽte, principiũ ducat: quũ inquit, οἱ μὲν ἐπαινοῦντες ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. Simul aũt ab aliorũ oratorũ (quos Athenæ tum tẽporis haud paucos habuerũt, inter quos Hyperides & Aeſchines præ cæteris inſignes extitere) reprehenſione & imminutione, ab auditorũ ita perſona beneuolentiam concilians. b. A perſona maiorũ beneuolentiam conciliat.

& facto ſint perſecuti. [a] Ipſe autem pericu ſum faciam, ut modum, quo mihi maxime iudicamini poſſe uos ad bellum parare, indicem. [b] Nam ſic ſe res habet, quod etiamſi nos omnes, qui huc ante conſpectum ueſtrum longe iucundiſſimũ prodire ſolemus, graues atq; potentes dicendo uideremur: res ueſtras propterea nihil melius habituras bene noui. [c] Sin quiſquam qualiſcunq; fuerit, hãc cathedram conſcendens, docere poſſit, ac perſuadere, quę nam inſtructio, quantus apparatus, & unde nam conciliatus urbi noſtræ commodet, omni pręſenti rempublicam metu exuerit. [d] Ego uero hoc ipſum, ſi modo uires meæ tulerint, facere tentabo: ubi paucis prædixero, qua ſim imbutus ſententia erga regem. [e] Cenſeo ſanè, communem hoſtem omnium Græcorũ eſſe regem. non tamen propterea uos adhortabor, ut ſoli pręalijs, aduerſus ipſum bellum moueatis. [f] Neque enim ipſos [h] Græcos, mutuo inter ſeſe amicitiæ uinculo omnes colligatos uideo. Verum nõnullos plus illi fidei adhibere, quàm quibuſdam ſuorum. [h] Arbitror autem ex his, quũ ta-

a Propoſitio, cũ docilitate. b. Attentio, ἀντισυναγωγή c. Syllogyſmus, maior. d. Minor. cõclusio manifeſta eſt, igitur omittitur. e. Hac propoſitione cõcedit populo impetum ſuum, ut quaſi iuſtus eſſe uideatur. ac ſtatim eos reuocat clãculũ, dum eis nõ tutũ eſſe adſerit, ſolis aduerſus tãtũ arma ciere regem. f. Ratio, cur nõ liceat ſolis Athenienſibus facere bellũ. g. A cauſa diſſuadet. h. Aliud argumentũ à cauſa.

Digitized by Google

lia ſint, prodeſſe uobis, principiũ belli ob ſeruare, ut[a] iuſtum ſit, & ut apparetis om nia quæ opportuna ſunt: hocq; conſilij mei argumentum eſto. [b]Exiſtimo nanq;, ô uiri Athenienſes, Gręcos (ſi modo per ſpicuum fuerit, & apertum, quod rex eos adoriri uelit) & copias auxiliares prębituros, & magnã ſimul habituros gratiam il lis, qui pro ipſorũ ſalute, & cum ipſis hoſtem iſtum propulſent. [c] Sin quicquam, quum iſthuc adhuc obſcurũ ſit, cœperimus priores infenſi eſſe nos, ac nonnihil moliti fuerimus: metuo, ô ciues Athenęi, ne aduerſus regem ſolum, uerũ etiam cõtra iſtos belligerari cogamur, quorum ta men ſalus nobis curæ erat. [d]Rex nanque quę uoluit adſecutus, [e]ubi Gręcos inuadere decreuerit, pecunias quibuſdã illorũ [f] elargietur, amicitiã ita prætexens. illi uero priuata bella componere in animũ inducentes, eo imbuti affectu, publicam omnium ſalutem negligẽt. [g]Ad hanc aũt turbationem & imprudẽtiam, admoneo urbem noſtram, ne prior ſeſe demittat.

qua ſtatũ cõſultationis exprimit.

a. Duo monet obſeruanda. alterũ, ut iuſtũ ſit bellũ: alterũ, ut omnia prius præparent, quàm adoriantur regẽ. Anthiteſi cõſtat hæc bimembris cõiectura.

b. A facto cuidenti.

c. Ab obſcuro et inconſequenti.

d. Probatio eius quod dixit.

e. Rex muneribus alios græcos ad ſeſe pertrahere poteſt, ut ſecũ fœdus feriant cõtrà uos, ſuáq; ac ueſtrã hoc pacto ſalutẽ negligãt.

f. A poßibili & corruptela. g. Concluſio argumenti ab obſcuro.

a. Ab imminenti periculo dilatat epilogum.
b. Collatio Græcorum aliorum, et Athenienſiũ mentis, cum antitheſi.
c. Epilogus dilatationis.
d. Non eſſe temere per ſolos Athenienſes regi repugnãdum, nec regem Græcis amicum eſſe credendum.
e. Ἐρώτημα.
f. Subiectio.
g. Oratorib. alijs bellum ſuadentibus inſigni gnome reſpõdet per ἀνθυποφοράν.

[a]Neq; enim eandem [b]& alijs Græcis & uobis ſententiam eſſe uideo, erga regem. Verũ pleriſq; illorũ cõtingit, ut dum priuatas ſuas res adminiſtrent, alios Gręcos poſthabeant. Vobis uero ne iniuria quidem adfectis, ab uim faciẽtibus honeſtũ eſt hanc ſumere pœnã, ut permittatis eos Barbari potentiæ ſubiugari. [c]Quia uero hæc ita [d]habent, conſiderandũ eſt, ne nos in bello inferiores reddamur: neue ille, quem nos inſidiari putamus Gręcis, amicus eſſe credatur. [e]Quo modo igitur hæc contingent? [f]Si potentia urbis explorata & inſtructa cũctis palàm cernatur, ac iuſta uideatur cogitare, ſuper hac deliberatione. [g]Temerarie uero & audacter loquentibus, at nimium prompte bellũ gerere mandantibus, illud dico: Quòd non ſit difficile, neq; quãdo conſultatione opus fuerit, fortitudinis opinionem ſumere: neq; quando periculũ ingruerit quoddam, operoſum eſt dicere, iſthuc arduũ uideri. cæterum illud & difficile & cõueniens eſt, periculorũ tempore, adeoq; in ipſis periculis fortitudinem commonſtrare. In cõſultatione uero, poſſe alijs quid-

dam

dam ſapientius & melius cōmemorare. [a] Ego uero ô ciues Athenæi, cenſeo ſane bellum aduerſus regem urbi noſtræ diffi cile: quod uero omniū unanimi uoto certamen Græcorū, ex bello per regem primū illato ſuſcipitur, facile futurum arbitror. Ecquid ita? Nam omnibus prælijs puto neceſſarium eſſe, ut ſint inſtructa triremibus, pecunijs & locis. Quę omnia illum uberius habere nobis inuenio. Certamina uero, quæ communi conſenſu ſuſcipiuntur, nulla uideo alia re adeò indigere, atq; bonis uiris, hos uero tum nobis tum illis, qui nobiſcum cōmune periculū ſubituri ſunt, in maiore eſſe copia reor. Hanc ob rem nulla ratione uos commonefacio, uti priores bellū faciatis. ad certamē uero, atq; adeò unanimem omniū contentionem, qua regi reſiſtatis, aio inſtructos uos eſſe oportere. [b] Quod ſi alia quædam ratio eſſet potentiæ atq; apparatus, quo Barbari arceri à finibus noſtris poſſent, & cohiberi: alia uero, qua Græci, merito iam ex æquo ſecundū eam formā iſti nos inſtructa acie opponeremus. [c] Poſtquam uero totius expeditionis eſt

a. A difficultate et facili. diſcrimen inter bellū et ἀγῶνα hic facit. προσβόλοσις κὴ ἑτοιμός. πόλεμος difficilis, ἀγὼν facilis.

b. προκατάληψις.

c. Eadē eſt utrinq; apparatus bellici ratio: proinde non eſt, quod differamus bellū. Eſtq; hoc loci enthymema tale. Manifeſtus hoſtis eſt rex Perſarum; igitur aduerſus eū eſt pugnandum.

Digitized by Google

idem modus, ac eadem oportet eſſe capita potentiæ: nimirum, hoſtes arcere poſſe, ſocijs & confœderatis opem ferre, conſeruare partas facultates. [a] Quid eſt quod alios inquiramus hoſtes, quũ habeamus qui palàm ſe oſtendãt & confiteantur huiuſmodi? Quur non inſtruimur aduerſum iſtos, atq; ulciſcimur nos de illo, ſi iniurius eſſe nobis cœperit? [a] Et nunc quidẽ uocate ad uos ipſos Græcos. [b] Sin quod [c] iubent illi, nõ feceritis, quippe quum nõ nulli ex ipſis nõ ſint perinde uobis beneuoli: quid eſt quod expectetis, quẽpiam ueſtri illis pariturum? [d] An quia per Iouẽ ab nobis audient, quod rex ipſis inſidietur, cui rei illi non proſpiciant? Scilicet id per Iouẽ putatis? [e] Ego quidem opinor. ſed nondũ maior eſt ille metus, quàm qui ex diſſenſionibus erga uos & inter uos mutuo imminet & emergit. Nihil igitur aliud agent legati, quàm quod circũeuntes dicent: Rex inſidiatur Græcis, rex inſidiatur Græcis. [f] Quod ſi tum, quę nũc fieri decernimus, egeritis: nemo ex uniuerſis Græcis tantum apud ſe ſapientia clarebit, qui ſimulatque uideat, uobis mille

a. Cõceſsio.

b. Conceſsionis reiectio ab ſequenti inutili.

c. id eſt, mandabunt uobis, quæ nõ placebũt. quare quum uos illis non parebitis, neque illi uobis morẽ gerẽt.

d. Aduerſariorũ argumentum.

e. Dilutio.

βραχυλογία.

f. Qua ratione ſint pariturí cæteri Athenienſib. Græci.

eſſe

eſſe equites, armatos autem pedites quot quiſquam uoluerit, naues uero trecẽtas: non ueniat ad uos, preceturq́ in ſocietatem ueſtrã recipi, cum tot tantisq́ ſeſe tutiſſime exiſtimans conſeruatũ iri. [a] Proinde ex ſequẽti uocatione ueſtra, indigentia proueniet: & ſi uoti ueſtri non reddamini compotes, à ſcopo uos aberrare cõtinget. Sin rerum ueſtrarum ſedulam geſſeritis curam, nimirum ſi res ueſtras probe inſtruxeritis, egẽtes quoſuis iuuare & cõſeruare, quotquot ad uos acceſſuri ſunt, probelle ſcietis. [b] Ego itaq́ ô uiri Athenęi, hęc hisq́ ſimilia mecum reputans, nullã quidem orationem temerariam aut uanam, ęquo prolixiorem, habere inſtitui. [c] Sollicite ergo circunſpexi, multis alioqui negocijs occupatus, quó nam pacto expeditio & inſtructio poſſit tam optime, q̃ celerrime fieri. [d] Cenſeo autem opus fore, uoſmetipſos, ubi me audiueritis, ſi uiſum uobis fuerit, ſententiam ferre. [e] Primum igitur & maximum in apparatu, ciues Athenæi, eſt, ſic affici mentes ueſtras, animosq́ hãc ad rationem ueſtros imbutos eſſe, ut quiſq́ pro ſeſe & prompte & alacriter

a. Quid præſentem uocationem ſecuturum ſit, et quid maturam cum deliberatione conſultationẽ iuxta exceptur ũ, cũ primæ propoſitionis concluſione.

b. Docilitas.

c. Proponit cauſæ ſtatũ.

d. ἐπιτροπή.

e. Primum ad bellicam παρασκευῶν caput, à uoluntate.

criter, quod decorũ opportunumq́ fuerit, efficiat ac perſequatur.[a] Videtis enim ô ciues Athenienſes, quod [b] quæcunque unquam omnes uos uoluiſtis atq́ decreuiſtis, ac deinceps quiſq́ per ſeſe conuenire ſibi ut perficeret putauit, eorũ nihil unquam uos effugit. Quæcunq́ uero decreuiſtis quidẽ, ac poſthac alius in alium defixiſtis oculos, quaſi pro ſe quiſq́ facturus nõ eſſet, proximus autem eſſet facturus, eorum nihil unquam uobis cõtigit, ad umbilicumúe perductum eſt. Quum res itaq́ ueſtræ ſic ſeſe habeant, eóq́ concitationis uenerũt, ducentos & mille trierarchas repleri cenſeo oportere, ut à millibus circiter duobus creſcant, octingentis nempe adiectis. Nam ſi hanc multitudinem demonſtraueritis ([c] epicleris, orphanis, [d] cleruchicis, & [e] participibus: & ſi quis alius eſt, qui parum ualeat, ſegregatis) mille ac ducenta uobis corpora fore exiſtimo. Ex his igitur arbitror oportere facere uos uiginti claſſes, queadmodum nunc

a. Ratio ſu[a]e cuiuſq; uirtutis, et fortitudinis.

b. Manu adhibita, õnia proſpere ſuccedunt: ſin manus amoueatur, & pro ſe quiſque in aliũ intueatur, alij ſemper quod opus eſt facto relinquẽns nihil fortunati prouenire hinc poteſt.

c. ἐπίκληροι ſunt, qui utroq; parẽte orbati ſunt.

d. κληρουχικοὶ à republica ſelecti, ut alantur.

e. κοινωνικοὺς, Harpocration citans hunc locũ, fratres ſignificare putat, quorũ patrimoniũ nõ ſit diuiſum. uel eos, q negotiationis ſocietatẽ & cõmercia contrahũt, nec poſſũt ideo triremũ præfecturã adminiſtrare.

nunc ſunt, ut quælibet ita claſſis ſexaginta corpora contineat. [a]Harum porrò claſſium quãuis diduci iubeo in quinq; parteѕ, per uiros duodecim, ut ſemper opulentiſſimo maxime egẽs adijciatur. Corpora itaque ſic ordinari oportere cenſeo. Quam uero ob cauſam iſta ſic digeri uelim, poſtquam totam rationẽ meam audieritis, intelligetis. [b]Triremes porrò quo modo ſunt inſtituendæ? Trecẽtas numero naues in uniuerſum, per quindecim demonſtrantes, uiginti parteis facere iubeo, primæ centuriæ quinq;, ſecundæ ac tertiæ totidem adiudicando: deinde cuilibet corporũ ſymmoriæ attribuere quindecim: ſymmoriã autem ſeu claſſem cuilibet parti ſui ipſarum: treis triremes adiungere. Quum hæc ita habuerint, præcipio (poſtquã cenſus urbis [c]ſexies mille talenta continet) ut uobis pecuniæ ſint

a. Mille ducentaq; corpora in uiginti partes cuiq; ſexaginta uiros tribuẽdo, diſſecat. harũ præterea uiginti claſsiũ quamuis, in quinarios, duodenos cõplectentẽ, ſubdiuidit.

b. Prima parte, nẽpe corporum ſymmoria abſoluta, de nauiũ partitionibus agit. Ex 300 itaq; nauib. uiginti parteis per quindecim cõſtituit. ut uidelicet numerus partitionis nauiũ, corporũ ſymmoriæ reſpondeat: treis triremiũ centurias tribus pentadibus adiudicando. Porrò cuilibet ſymmoriæ uirorum, quindecim naueis: deniq; ſymmoriã cuiuis partium, nimirum pentadi tres triremes attribuẽdas cenſet.

c. Sexies mille talenta, efficiunt trigeſies centena millia coronatorũ. Sexies mille per 60 diuiſa, faciunt centum. Quinquies ſexaginta talenta faciunt centena millia, et 50 millia coronatorum. 60 uero talenta, 3000 coronatos conſtituunt.

Digitized by Google

Vt cēſus terræ Atticæ ſit diuidendus.

coordinatæ. diuidendam itaq; ſummam iſtam cenſeo, ita ut fiant ſecundum ſexaginta talēta centum partes; deinde quinquies ſexaginta talenta in quamlibet uiginti magnarum ſymmoriarū diſtribuere: ſymmoriam aūt cuilibet partium ſexaginta talenta dare. ut ſi opus fuerit uobis centum triremibus, ſumptū quidem ſexaginta talenta perficiāt. [a] Triremibus uero præfecti duodecim ſint. Quòd ſi opus fuerit ducētis nauibus, triginta talenta ſumptui ſatis erunt, ſex uero corpora triremibus præficientur. Sin triginta neceſſitas poſtulauerit, uiginti ſanè talenta ſumptum perficiēt, quatuor uero corpora triremibus præerunt. Eandem ad rationem, ciues Athenęi, [b] arma quæ requiruntur nunc ad triremes, æſtimantes, omnia

a. Trierarchi opulentiores fuerunt ciues, q̄ ſumptum facere in triremes cogebantur, publico iſto munere reipublicæ inſeruiētes: qui ex omnibus trecenti electi erant, ut eſt annotatū per Libaniū in argumento orationis Demoſtenis περὶ τῆς ἀντιδόσεως, hoc eſt, de permutatione. hi ſi defeßi fuiſſent, oſtendere ſolebāt aliquē ſe ditiorē, quo ſucceſſore ab ſuo munere prior liberabatur: ſin alter inficiaretur ſeſe opulētiorē, cogebatur omniū bonorū ſuorū cū aduerſario facere permutationē. Hic uero Demoſthenes Athenienſibus mille ac ducētos trierarchas ſeu triremiū principes fuiſſe dixit, quorum corpora uel in centum triremes per duodecim & ſexaginta talenta diuidit, uel in ducētas per ſex trierarchas & triginta talēta: uel in trecentas naues, per quatuor trierarchas, & uiginti talenta diducit. *b. De armis & inſtrumentis belliciis & nauticis.*

mnia ex prǽſcripto mãdo in uiginti diſtri
bui parteis: deinde magnarum claſſium
cuiuis partem quampiam cõmodam at
tribuere, quamlibet porrò claſſem cuiq;
ſuarum partium æquale impertiri decer-
no. Duodecim autem illos, in quauis par
te, hæc ipſa exigentes, triremes, quas pro
ſeſe quiſq; nacti fuerint, inſtructas exhi
bere, probeq; apparatas, iubeo. Proinde
ſumptũ, & ſcaphas, & trierarchas, armo-
rumq; exactionem ſic commodiſſime o-
pinor cum acquiri, tum præparari. Vn-
de autẽ hæc et aperte & facile impleri poſ
ſint, deinceps dicã. Cenſeo itaq; locos ab
ducibus naualiũ decem deligendos eſſe,
locos diſpiciendo, ut inter ſeſe per trigin-
ta, non multum remoto, ſed maxime ui-
cino interuallo diſſocientur ipſa nauium
receptacula. Hęc ſimulatq; fecerint, duas
claſſes, trigintaq; triremes cuiuis horum
locorum attribuendas ſtatuo. deinde ac
cenſere tribus, ac quemlibet trierarchũ,
ſecundum quodlibet nauale, ut ſint claſ-
ſes duæ, triremes triginta, tribus una. ac
quemcunq; locũ tribus nacta fuerit, eum
trifariam diducendũ cenſeo. Naues pari
ratione

Epilogus cõſultationis de armis.

De armamẽtarijs, et nauium locis decem.

ratione, poſt adtribuere illis ternarios, ut quælibet tribus conſtituat uniuerſorum naualiũ partem unam: ſectionis autem cuiuslibet tertiam partem, ternarius complectatur. Nouiſſe igitur uos hoc modo oportebit, ſi qua re opus fuerit, primũ ubi nam tribus collocata ſit: poſt, ternariũ, tum qui ſint triremibus præfecti, ac quot quantæ ue triremes: nempe quod tribus una triginta trierarchas, quilibet uero ternarius decem triremes contineat. Quod ſi hæc ita conſtituta ſint, ſi quid etiamnũ prætermiſimus (haud enim facile eſt, omnia iã exacte inuenire) res ipſa ſibi ſuppeditabit, eritq; eadem coordinatio nauium uniuerſarum, & partis earũdem. De pecunijs, ac manifeſto tributo, inexpectatum quidem ſermonem eſſe noui, quem, dicturus ſum, dicetur tamẽ. Credo enim, ſiquis recte ſecũ hæc reputauerit, me ſolum & uera & quæ ſint euentura, commemorare uideri. Atqui nunc non eſſe neceſſariũ duco, de pecunijs uerba facere. Adeſſe nanq; tributum, ſi res ita ferat, magnum, & pulchrum & iuſtum, quem ſi iam quidem inquiramus, non præſto

Proponit ſe ſedecõ tributione pecuniarũ dictu-rũ, ac ſtatim tamen eam conſultationem uel contributionẽ tantiſper differendã ſuadet, dũ neceßitas aduentãtis hoſtis poſtulauerit.

eſſe

eſſe nobis exiſtimabimus, adeo multum à conquirendo aberimus. ſin iam collectionem intermiſerimus, aderit. Qualis autẽ erit illa contributio, quæ iam quidem nõ eſt, tunc uero futura eſt? Aenigmati enim planè ſimile eſt iſthuc. Nę uobis illud explicabo. Videtis urbem ciues Athenæi hanccine? In hac pecuniæ ſunt, quæ cum omnibus alijs propemodũ certare queãt ciuitatibus. Qui has poſſident, ea ſunt imbuti mente, ut etiamſi omnes, qui hic ante conſpectum ueſtrum prodeunt oratores, perterrefaciant eos dicendo, quod rex ueniet, quòd iam preſto ſit, quod non fieri poſſit ut iſtà ſe aliter habeant: ac etiã ſi uatum numerus, qui diuinis reſponſis populum conſternet, oratorum multitudinem adęquet, nõ ſolũ tamen non conferẽt, ſed ne monſtrauerint quidem, neq; cõfitebũtur ſe poſſidere. [a] Verum ſi quæ nũc uerbis horrifica, reipſa perfici gerię ſenſerint, nemo adeò ſtolidus eſt, qui nõ quantum ſatis erit det, & primus contribuat. [b] Quis enim eſt, qui malit potius ſe ipſum, et uniuerſas ſuas facultates perire, quàm partem rerum cum pro ſeſe, tum

a. Quando opes ſuas nõ ſint occultaturi Athenienſes.

b. Ratio cur impreßionem faciente hoſte, Athenienſes diuitias ſuas ſint ultro prolaturi, ut quantum par eſt cõtribuant.

a. Concluſio cõſilij, de dilatione contributionis.

b. Quòd nõ proſit iã imponere tributum ciuitati. incertũ enim, quanta ſumma ſit exigenda.

pro uniuerſis bonis, adeoq; reliquis contribuere?[a] Pecunias itaq; tum adeſſe cenſeo, quũ reuera ijs opus fuerit: citius autẽ haudquaquam. eam ob cauſam, nõ commonefacio uos ut colligatis.[b] Quæcunq; nãq; iam collegeritis, ſi colligere uolueritis, plus ridiculũ ſanè eſt quàm aliud quicquam. Age uero centeſimam aliquis ueſtrum partẽ exigendam decernet. Nunquid ſexaginta talenta hac ratione conſtituentur? Atqui quinquageſimam quiſq; bonorum ſuorum pendere & contribuere ſtatuetur? duplicatus ſanè cenſus eſt. Non'ne uero centum & uiginti talenta hinc conflabuntur? At quid hęc efficient ad ducentas & mille camelos, quas Regi pecunias uehere aiunt illi. Sed fingamus. Eſt'ne cordi uobis, duodecimam contribuere, ut quingenta talenta reſiliant inde? At neq; toleraueritis, neque ſi tantum depo ſueritis, dignæ bello pecunię conflabuntur. Eſt itaq; neceſſarium, ut reliqua paretis. pecunias uero nunc poſſeſſoribus ſuis relinquatis. Nuſquam enim cõmodiori uia ſalus obtinget urbi. Quod ſi unquam occaſio illa uenerit, tum ſuapte

Ingens uis gazæ regiæ.

ſponte

ſponte cęſum adferentibus illis, eũ accipite.[a] Hęc aũt poſſibilia ſunt, ô ciues Athenæi, factuq; honeſta & cõmoda, aptaq; ut regi de uobis denuncientur.[b] Nec parum pauoris apprehẽdet illum ex hiſce. Nouit ſanè trecentis triremibus, quarũ nos centum exhibuimus[c] maiores ipſius mille perdidiſſe naues. Audiet præterea trecentas ipſos uos apparaſſe triremes. Quocirca nõ omnino, nec ſi prorſus q̃dẽ iſaniat, exiſtimauerit facile eſſe, noſtrã urbem inuiſam facere ſibi.[d] Ac etiam ſi propter argenti copiã elatiore ſit animo, & hanc tamẽ imbecilliorem ueſtra occaſionem reperiet. Ille quidem aurum, ut aiũt, circumuehit: hoc autem ſi diſtribuerit, inquiret.[e] Nam & fontes & putei deficere ſolent, ſi quis ab ipſis ſimul omnia, adeoq; multa hauſerit. Nobis autem cenſum regionis huius occaſionem eſſe, ad ſexies mille talẽta audiet. A qua terra quomodo Perſas quũ hanc inuaderẽt, repulerimus, q in Marathonia pugna cecide

Cõcluſio argumẽtorum de inſtructione Atheniẽſiũ, à poſſibili, honeſto, utili.

b. Proponit regẽ in trepidationem conijciẽdũ, ſi talẽ audierit. Atheniẽſiũ inſtructionem.

c. Probatio propoſitionis ab exemplis maiorũ

d. ἀνθυποφορά

e. A ſimil'.

f. Marathõ Atticæ campus, in quo Atheniẽſes, inſtructis 10000 ciuiũ, et Platæenſibus auxiliarijs mille, aduerſus ſexcẽta millia hoſtium in prælium egrediũtur, ut Iuſtinus in ſecũdo habet. & poſtea ſubdit, Ducẽta millia Perſarum eo prælio ſine nauigio amiſerũt. Herodo. In ea ad Marathonẽ pugna ceciderũt ſex millia uirûm & quadringẽti, Athenienſiũ 192.

runt maiores eius maxime nouiſſe queāt. tantiſper autem, dū tenuerimus ciuitatē noſtram, non eſt quòd pecuniæ nos deficiant. Inſuper, neq; quòd nonnulli metuunt, externorum militum ingētes copias ipſum conſcribere: ut qui pecuniarum abunde ſatis poſſideat, uerum mihi eſſe uidetur. Exiſtimo quidem ad Aegyptū & Orontem, & quoſdam alios Barbaros, pleroſq; iam Grecorū uelle ſtipendiū facere apud illū, non ut ille horū nōnullos capiat, ſibiq; in poteſtatē redigat: cæterū ut abundantiam quandam quilibet ſibi poſſidēs, à præſenti paupertate liberetur: apud reliquam autem Greciam, neminē iſthuc uelle arbitror. Quorſū aūt ſe tandē ipſe uertet? in Phrygiā profectus ſeruiet. Non enim pro alia quapiam re bellū aduerſus Barbarum ſuſcipitur, quàm de regione & uita & morib. et libertate, omnibuſq; talibus. Quis igit̃ adeo eſt infortunatus, qui ſeipſum, parētes, monumēta, patriā, exigui lucri gratia prodere uelit? Ego profecto. Ego ſanè neminē fore puto. Neq; porrò prodeſt ei, exteros tenere Græcos. Noſtri enim uincere conſueti, illo

Alia refutatio, quòd Perſa nō poſſit magnā externi militis manum colligere.

Græcū militem ei non profuturū.

illo iam olim præſtātiores ſunt. Sed num ille, ſi nos nō uincat, alios accedet, ꝓ auxilijs accerſendis? Maxime omnium. Si uero neq; hoc ſucceſſerit, ſeruis ſuis, quos habet, dominabitur. Si igitur quiſpiam exiſtimet, Thebanos eius partes ſecuturos, difficile nobis eſt hac de re uerba facere. quia enim odiſtis ipſos, neq; ueri quicquam, neq; boni quicquam de ipſis audiueritis. Enimuero precium eſt operę, eos qui de arduis rebus deliberant, nullam commodantem rationem aliqua ratione prætermittere. Tantū itaq; ego abeſſe opinor, ut Thebani cum rege Græcos inuadāt, ut uel multis, ſi fieri poſſit, pecunijs emant, nonnihil ſibi occaſionis dari, quo priora aduerſum Grecos delicta diluant. Sin quis omnino Thebanos adeo calamitoſos putat, illud iam ſanè omnes noueritis, ꝗ ſi Thebani quæ ſint in rem regis tētarint, neceſſario eorū hoſtes, quæ ad Græcorū ſalutem pertineāt, cogitare. Puto autem hanc ordinationē iuſticię & æquitatis noſtram, ac eos qui hanc ſuſceperint, ꝓditoribus iſtis & Barbaro, imò quibuslibet alijs hoſtibus eſſe præſtantiores.

Thebanos non auxiliaturos regi

Gnome quia mitigat odium Athenienſiū in Thebanos.

A contrario per antiſenagogen.

Bellum non eſſe metuendũ colligit.

Ratio propoſitionis per antitheſin.

Ab experiẽtia, ab legitimo & honeſto.

res. Quare neceſſum eſt, uos ultra mediocritatem haudquaquã expaueſcere: neq; perſuaderi, ut priores cieatis bellũ. atqui neq; aliorum Græcorum quenquã merito, hoc belli metuere uideo. Quis enim ipſorũ ignorat, quod tantiſper dum illũ publicũ hoſtẽ ſuſpicati, unanimes inter ſe manebant, minime paucorum bonorũ domini ſunt conſtituti: quando uero amicũ ipſũ ſibi putãtes eſſe, mutuis inter ſeſe diſſenſionibus flagrarunt, quãta ne execrans aliquis eos, non excogitaſſet, tãta ſũt perpeſſi mala. Deinde quem fortuna numenq;, amicũ inutilem, cõmodum uero hoſtẽ declarat, iſtũ nos metuimus? Nequaquam. At enim ne iniuriã primi inferamus, cum noſtri cauſa, tum ob aliorum Grecorũ turbationem & ignorationem, qua quid agatur non tenent exploratum. Nã ſi liceret unani miter iunctis Grecorum copijs uniuerſorũ, ipſũ ſolũ inuadere:[a] ne iniurios quidem uos cõtra illum poſuiſſem. Quũ uero hoc ita ſeſe nõ habeat, obſeruare puto nos oportere, ne occaſionem demus regi, quod iuſtum ſit, pro alijs Grecis inquirẽdi. Sin uos qui

Subiectio.

Ab iniuria inferenda dehortatur.

a. Hoc eſt, ne iudicaſſem quidem uos iniurios eſſe regi tantum abeſt, ut uetuiſſem omnino quieſcẽdũ Græcis.

eti

eti manſeritis,ſuſpectus ſit neceſſe eſt,hu-
iſmodi quicquam tranſigẽs.bellũ autem
uobis prioribus faciẽtibus, haud immeri-
to cęteris Gręcis amicus uideri uelle poſ-
ſit: ꝓpter inimicitiã, quã erga uos gerit.
Ne igitur cõuincatis, quòd Grçca male
habeãt, dum cõuocatis eos, quibus non
perſuadebitis,bellũq́ꝫ gerẽtes, quãdo nõ
poteritis. Verũ eſtote quieti, cõfidentes,
uosq́ꝫ apparantes. ac uditis annunciari
de uobis apud regem, nõ(ita me Iupiter
amet) quòd hęſitent aut trepidẽt,aut tur-
bentur omnes Grçci,& Athenæi prope
modũ: ſed ꝙ niſi ęque turpe eſſet Græcis
& mẽtiri & peierare,quẽadmodũ illi pul-
chrũ & honeſtũ,iã dudũ aduerſus ipſum
ꝓficiſceremini.in pręſentia uero id nõ fa-
cietis,ueſtri ipſorũ cauſa. Precamini aũt
Deos uniuerſim omnes,ut eãdẽ accipiat
dementiã ipſe,qualẽ olim maiores ipſius
habuerunt:atq́ꝫ hæc uſueniat,cõſiderare
ipſum.ſic fiet,ut haud nequicquã uos de-
liberantes inueniat.Ex bellis ſanè aduer-
ſus maiores ſuos geſtis,nouit is,urbẽ no-
ſtrã felicẽ et auguſtã redditã.ex quiete aũt
quam ante ea bella geſſit,nullã Græcarũ

Ratio quietis.

À cõſequẽti

Ab inutili.

ὁμοιοτέλευτον cũ antitheſi.

A fœdere et legitimo.

Δίνησις, ut rex maiorum ſuorũ infelicem pugnam ſecũ reputet, orat.

 aliarum

Digitized by Google

aliarũ urbiũ adeò exuperaſſe, quantum nũc. Porrò [a] Grçcos animaduertit indigere, uel uolũtario uel inuolũtario recõciliatore. Illũ ipſum aũt nouit apparere eis, ſi bellũ cieat. Quare & cognita & credibilia ab nunciãtibus ipſum audire continget. [b] Sed ne, uiri Athenieẽſes, ęquo prolixius dicendo nimiũ uos interturbem, capita de quibus deliberamus repetens, abibo. [c] Inſtrui ſanè, et cõmode pręparari uos aduerſum præſentes hoſtes iubeo: arcere etiã cũ regem, tũ quo ſuis, ſi iniurij eſſe attẽtauerint. Hac potentia cenſeo opus eſſe, dominari uero in neminem, neq; uerbo neq; opere iniuſto. conſiderare deinceps, ut opera noſtra reſpondeãt maioribus noſtris, non orationes, quę ex cathedra dicũtur. Quòd ſi hæc feceritis, & uobis ipſis, & diuerſũ ſuadentibus, utilia perficietis. Non enim iracundia in iſtos concitabimini [d] in poſterum, ſi iamnunc contra eos delinquatis.

a Ab inconſequẽti, à perſona & exploratione regis.
b Propoſitio perorationis
c. cap. i. ipſe apparatus.
2. regẽ & hoſtem nimirũ arcendũ.
3. claſſes trierarcharũ nauium, & naualium.
4. ab iniuria cauendum.
5. non orationũ ſplendorẽ cõſiderãdũ, ſed enim maiorum facta fortia ſanè imitãda.

d. Si oratoribus cæteris bellũ ſuadentibus Athenienſes obtẽperent, ac priores laceſſant regẽ, pœnitebit eos facti: ſimulatq; ſenſerint incõmoda ſua, indignabũtur oratoribus, qui illis perſuaſerãt. Verũ ſi iam aduerſum huiuſmodi oratores delinquãt: hoc eſt, ſi illorum conſilio poſthabito Demoſthenẽ ſequãtur, peccabũt quidẽ in alios, ſed iſthuc peccati cedet in reipublicæ ſalutem.

FINIS.

PHILOSOPHIAE ENCOMIVM, MARPVRGI PRONVNCIATVM PER IOANNEM LONICERVM, quum Magiſterij inſignia uiris & bonis & eruditis, Iodoco Chimerino, Antonio Coruino, & Ioanni Kymæo, conferrentur.

SI apud ignauos & imperitos homines uerba facturus prodirem, Magnifice domine Rector humaniſſimi et eximij cum Doctores, tum Profeſſores: ſtudioſa iuuentus: angerer animi, admodumq; anxie mecum ipſe diſputarem, quá nam arte, quibus illecebris, quibusq; uerborum lenocinijs eos ipſos mihi conciliarem. quandoquidem citra uulgi & adſenſum & adplauſum nihil tantumnon effici dicendo queat. Verumenim quum in præſenti celeberrimorum uirorum panegyri, ſtudioſæq; iuuentutis corona, hodierna ſit tranſigenda cauſa, uenio in ſpem, uos, ornatiſſimi uiri, quæ ueſtra eſt humanitas, manſuetudo, niueusq; morum candor, faciles præbituros aures. Tanta eſt integritas ueſtra, tantus erga literas & ingenuas diſciplinas, cœleſtia illa ſpiritus Paracleti chariſmata, ueſter amor eſt, ut illarum præconia & laudes abs quiuis cupide audia-

tis: nec corpore tantum, uerum etiam mente exiſtatis præſentes, ut ueſtro adeò exẽplo, ad uirtutis complexum, ad honeſti cupiditatem, rebus ſuis non perinde multum proſpiciens accendatur iuuentus. Nihil non enim agitis, quin etiã omnem mouetis (quod aiunt) lapidẽ, ut aſparagi illi ſcholæ illuſtriſſimi Principis noſtri, & germina, rectiore uia ad honores, ad dignitates, ad publica reipublicæ munera obeũda prouehantur. hæc dum ſedulo perſequitur humanitas ueſtra, à meo etiam dependebit interim quantũuis inculto ore, dum pro temporis, quod exiguũ ſupereſt, ratione paucis, literarum, ſeu (ſi ita mauultis) Philoſophiæ encomium in gratiam candidatorũ horum, in quos coràm intuemini, cano. Et quamuis iſthuc oneris ab me facile excutere potuiſſem, ut qui ſuperioribus annis ſæpius omni diſciplinarũ uirtutũq; genere profeſſorũ artiũ ordini conſpicuo, conſimili in labore obſecutus fuiſſem: non tantum tamẽ me circuli reuolutio, quæ me poſcebat, quàm egregia uirtus, in candidatis illis noſtris uere renidens permouit, uti ex integro, ad hanc me prouinciam ſubeundam pertrahi ſuſtinerẽ. Verum hiſce iam nũc prætermiſſis, ad inſtitutũ accingar. Primũ igitur nolo diu multũq; inhærere philoſophiæ diuiſioni, quæ eſt in Logicen, Phyſicen, & Ethicen: qua nimirũ ratione ſub Logice triuiũ iſthuc cõpræhẽdatur, Grammatice, Dialectice, Rhetorice: ſub Phyſice uero, omnia

nia, quæ de rebus naturæ, adeoq; naturalibus myſteriјs, quæ item de Meteoris, ijſq; potiſſimũ tractant, quæ cœleſtiũ corporũ atq; ſiderũ et obitum et ortũ reſpiciunt tum: quæ medicas res, in humanæ mortalitatis conſolationem diuinitus repertas & excogitatas ſpectant. Quid uero quod Ethice, quæcunq; ad ciuilem uitam pertinent, contineat: nec non quæ ad animorũ gubernationem, cum emendationem, tum permutationem faciant? Atq; hic prodeunt leges, bonorum protectrices, malorum uero ultrices: hic tot philoſophorum de moribus præcepta: unde tam Latini quàm Græci homines Iuriſprudentes, legum formulas primũ ſumpſerunt. Huc cœleſtis oraculi decreta, per Moſen, prophetas, CHRISTVM, apoſtolos, ad nos uſq; deriuata ac transfuſa, referenda ueniunt. Philoſophiæ uerò nomine primũ nos præclaras literas, & ingenuas omnis generis diſciplinas accepturos ſtatuemus. Quũ ea ſit natura cœleſtiũ illorum donorũ, adeoq; ſcientiarũ, ut pro ipſius encyclopædiæ proprietate mutuis inter ſe nexibus ſint coagmentatæ atq; cõpactæ, ut nunquam diſſociari poſſe uideantur. Ortum ſanè & originem literarũ, adeoq; philoſophiæ, diuinus ille Plato philoſophorũ phoenix exhibuit, dum in Timæo inquit, ὃ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν, οὔτ' ἥξει ποτὲ, τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν. Nõ obuenit, inquit, maius bonũ, neq; unquam obuenturũ eſt humano generi, philoſo

phia, ab dijs donatū communicatumq́;. Qui locus tametſi apud Platonem proprie ad philoſophiæ partem, quam matheſin dicunt, pertineat, non iniquo tamen conſilio, ad uniuerſas diſciplinas transferri poteſt. Audin' itaq; ſtudioſa iuuentus, ingenuarū artium originem cœleſtem ac diuinā, Platone teſte, eſſe? Audin' nullum eſſe præclarius in terris donū, bonum ue? Quur ergo literarum amore non ardes, accenderis, inflammaris? At quid impulit ueteres philoſophos, ut nihil ſanctius, nihil diuinius, nihil præſtantius ſua philoſophia cenſerent? cauſa eſt profecto in promptu. Nam animaduertentes cum diuini tum prudentes uiri, nihil eſſe in terris firmū, nihil ſtabile, nihil deniq; permanens, ſed omnia fluxa, caduca, momentanea, quæ in mundo hoc ærumnoſo eſſent: Salomonis etiamſi non lingua, ſententia tamen imbuti, qua ipſe dixit, חבל חבלים וכל חבל *id eſt, omnium in terris rerum ſumma uanitas, & omnia in mundo uana: nec non cuncta leuiora folijs (ut Ouidij uerbū uſurpem) tum cum ſine pondere ſucci, Mobilibus uentis arida facta uolant. ſolas autem literas & philoſophiā contemplabantur, eſſe tam precioſam rem, quæ memoriā heroū, gentiumq́; poſteritati traderet, poſt fataq́; noſtra duraret. Deinde quod homo etiamſi uaniſsimus eſſet, minus tamen uanus haberetur, literarū et philoſophiæ beneficio: ut quibus Deo cœlorumq́; incolis uiciniores et*

famili-

ſamiliariores mortales redderentur. Hinc et Plato et *Ariſtoteles cum alijs plerisq; prudentibus uiris colle gerunt, omniũ in terris præſtantiſsimũ eſſe donum, & literas et philoſophiã: quippe quæ reſpublicas ad miniſtrarent, hoſtem à mœnibus et cõſilio et armis arcerent, coniugem liberosq́; tuerentur, pro pace im petranda pugnarent, uirtutem & honeſtatem doce rent. prædicarent, firmarẽt, erigerentq́;. Literis enim ablatis? quid à belua quæſo diſtabit homo, quid à bru to pecore?* Perinde *autem ut ſol è mundo ſublatus, interitũ omnibus creaturis minatur: ſic philoſophia è medio ſepoſita, hominibus rationem ſecum adimet & intellectum, ac planè in effœtas beſtias quaſdam transformabit: quales apud principem uatum* Home *rum &* Cyclopes *ſunt &* Læſtrygones, *qui nullo uel deorum uel hominum reſpectu, nulla ſiue æqui tatis ſiue iuſtitiæ habita ratione, in hoſpites, peregri nos, mites & clementes inuadunt, eosq; interimunt ac deuorant.* Huiuſmodi *enim monſtris, non homi= num, ſed beluarũ potius, Mæonij carminis ales fero ciam, immanitatẽ, quinimmo impietatem, contemp= tum cœleſtiũ ac terreſtrium complexam, adumbra= uit, pro uere poetici adeoq; diuini ingenij ſui natura.* Philoſophiæ *itaq; immortale bonum, diſertiſsimus necnon manſuetiſſimus patriæq́; amantiſſimus Iſo= crates, ſecum reputans, eius poſſeſſionem tantũ mo do effugere mortem pronunciauit.* Vt *adeo non mi=*

nus

